

crudeles admittit et cum leonibus mansueti fuerunt. **A**derat ad hoc spectaculum plures quam viginti milia virorum de quibus quingenti viri in domino crediderunt. Preses autem sanctos fecit decollari. et eorum corpora canibus et auium proici sed cum ab his remanerent illa a christianis honorifice sunt sepulta. Passi autem sunt circa annos domini. cclxxxvi.

De nomine sancti barnabe.

Barnabas interpretatur filius ventris vel filius consolationis. aut filius prophete. aut filius concludens. Quatuor vicibus ponitur filius propter quatuor modos filiationis ipsius. Dicitur ei in scriptura filius rationis generatiois. eruditiois imitatiois et adoptionis. Fuit ei a christo regeneratus per baptismum. eruditus per euangelium. et ipsius imitatus per martirium. et ab ipso adoptatus per celestem patriam. Et hoc quatuor ad se. Quatum autem ad alios fuit adueniens consolans. prophetans et concludens. Adueniens discurrendo et predicando ubique. **Q**uod patet quia fuit socius pauli. **C**onsolans pauperes et desolatos. pauperes quibus elemosinam detulit desolatos quibus ex parte apostolorum epistolas destinavit. prophetans quia prophetie spiritum claruit. concludens quia magnam multitudinem in fide concludit et adiuvavit sicut patet cum missus fuit in antiochiam. **De his quatuor Actuum. xi.** Erat vir. i. virilis quantum ad primum. **B**onum quatuor ad secundum. **P**lenus spiritu sancto quatum ad tertium. et fidelis quatum ad quartum. **E**ius passionem compilavit Johannes qui et marcus eius socius et maxime a visione ipsius

Johannis usque fere in finem. quare Beda de greco in latium creditur transfuisse

De sancto barnaba apostolo.

Barnabas leuites Cyprius genere vnus de lxxij. domini discipulis ab historia actuum multum extollitur et laudatur. Fuit namque optime informatus et ordinatus et quantum ad se et quantum ad deum et quantum ad primum. **Q**uatum ad se ordinatus extitit habens tres vires. scilicet rationabilem concupiscibilem et irascibilem. **H**abuit namque rationabilem illustratam lumine cognitionis. **U**nus dicitur Actuum. xiii. Erat autem in ecclesia que est antiochie prophetarum doctorum. **I**n quibus barnabas et Symon. **S**ecundo habuit concupiscibilem purgatam a pulvere mundane affectionis. **U**nus dicitur actu. iiii. **D**e Joseph qui cognominatus est barnabas cum haberet agrum vendidit illum et attulit precium et posuit ante pedes apostolorum. ubi dicitur glosa. **D**estituendum probat quod tangere dicitur et docet calcandum esse aux quod subdit gressibus apostolorum. **T**ercio habuit irascibilem roboratam magnitudine probitatis. et habet vel viriliter aggrediendo ardua vel perseveranter agendo fortia vel constanter sufferendo aduersa. **V**iriliter aggrediendo ardua. sicut patet in hoc quod illam maximam civitatem antiochiam ad conuertendum accepit. **S**icut etiam patet Actuum. ix. **Q**uia cum post conversionem paulus Iherosolimam venisset et discipulis se iungere vellet et omnes eum tanquam lu

pum agni fugerent. **B**arnabas ipsum audacter apprehendit et ad discipulos et apostolos duxit. Perseueranter operando fortia. quia suum corpus maceravit et ieiuniis afflixit. **U**nde dicitur **Actu. xiiij.** De barnaba et quibusdam alijs Ministrantibus autem illis domino et ieiunijs etc. **C**onstanter sufferendo aduersa sicut apostoli perhibent ei testimonium dicentes **C**um carissimis nostris barnaba et paulo hominibus qui tradiderunt animas suas pro nomine domini ihesu christi **S**ecundo fuit ordinatus quantum ad deum deferendo dei auctoritati. maiestati et bonitati **A**uctoritati quod potest ex hoc officium predicationis ibi non usurpauit. sed hoc ex auctoritate dei accipere voluit. sicut habetur **Act. xiiij.** **D**ixit spiritus sanctus. **S**egregate mihi barnabam et saulum in opus ad quod assumpsi eos **S**ecundo deferendo dei maiestati **C**um enim sicut habetur **Actu. xiiij.** **M**aiestate diuinam sibi quidam vellent attribuire et ei tanquam deo hostias immolare vocantes eum **I**ouem tanquam proorem. et paulum mercurium tanquam prudentem et loquentem continuo barnabas et paulus conscissis tunicis clamauerunt **V**iri qui facitis! **E**t nos mortales sumus similes vobis ab his vanis annunciantes vobis conuertimini ad deum viuum. **T**ercio deferendo dei bonitati **N**am sicut habetur **Act. xv.** **C**um bonitatem gratie dei. qua gratis et non ex lege sumus saluati quidam conuersi de iudeis artare et diminuire vellent asse-

rentes hoc sine circumcissione nequaquam sufficere. **P**aulus et **B**arnabas contra eos viriliter restiterunt et solum bonitatem gratie dei sine lege sufficere ostenderunt **I**nsuper et questionem ad apostolos detulerunt et contra illorum errorem apostolorum epistolas impetrauerunt **T**ercio fuit optime ordinatus quantum ad primum quia gregem suum paut verbo. exemplo et beneficio. **V**erbo quia verbum dei sollicito euangelizauit. **U**nde dicitur ibidem **xv.** **P**aulus et **B**arnabas demorabantur antiochie docentes et euangelizantes cum alijs pluribus verbum dei **H**oc etiam patet per illam maximam multitudinem quam antiochie conuertit. adeo ut ibi primo vocarentur discipuli christiani **S**ecundo suum gregem paut exemplo. quia vita sua fuit omnibus speculum sanctitatis et exemplar religionis **F**uit enim in omni suo opere virilis et strenuus. omni morum bonitate conspicuus. omni gratia spiritus sancti plenus et omni virtute et fide preclarus **D**e his quatuor habetur **actu. xv.** **M**iserunt barnabam antiochiam **E**t sequitur. **H**ortabatur omnes in proposito cordis permanere in domino quia erat vir bonus plenus spiritu sancto et fide **T**ercio suum gregem paut beneficio **E**t hoc dupliciter **E**st enim duplex beneficium siue elemosina scilicet temporalis que consistit in necessariorum subministracione et spiritualis que consistit in offense dimissione. **P**rimam habuit beatus barnabas quando elemosinam fratribus qui erant **I**herusa-

lem detulit. **N**ā sicut dicit̄ actū. xi.
Cū facta esset fames maxima sub
claudio s̄m q̄ p̄phetauerat agab⁹
discipuli pro vt quisq̄ habebat p̄
posuerunt in ministerium mittere
habitātib⁹ in iudea fratribus. q̄d
et fecerūt mittentes ad seniores p̄
manus barnabe et pauli **S**ecūda
elemosinaz siue beneficium habuit
quādo iohanni qui cognominaba
tur marcus offensam dimisit **C**um
enī dictos discipulos barnabam
et pauluz reliquisset redeunti tñ et
penitenti barnabas indulxit et ite
rum in discipulum assumpsit **P**au
lus dō ip̄m iterū assumere in disci
pulum renuit. et ideo inter eos se
patio facta fuit **I**terq̄ enī ex pia
causa et ex intētionē hoc fecit **N**ā
q̄ barnabas ipsum assumpsit hoc
fecit ex dulcedine misericordie **D**e
aut̄ paulus ip̄m assumere noluit **S**
fecit ex seruoꝝ rectitudine **N**am
sicut ibidē dicit̄ glo. **A**ctū. xv. **Q**m̄
et in frontem faciei se ostituens ni
mis trepide steterat merito paul⁹
ip̄m abiicit ne illius quasi contagi
one vires alioꝝ corruerent **I**lla
aut̄ sepatio nō est facta ex omotio
ne vicij. sed ex instinctu spiritus san
cti. vt scz ab inuicem separentur et
pluribus predicarent. sicut et post
modū factum est **N**am cū essz bar
nabas in yconia ciuitate. predicto
iohanni eius sobzino vir quidaz
splendidus in visu apparuit dicēs.
Johannes ostans esto qz ammo
do non iohannes. sed marcus id ē
excelsus vocaberis **Q**uod cum ille
barnabe retulissz. respondit ei **C**a
ue diligenter. ne cuiquā quod vidi

sti reueles **N**az et mihi similiē hac
nocte dñs apparuit dicens **C**on
stans esto barnaba qz eterna pre
mia percipies. eo qz gentem tuam
reliquisti et animam tuam p̄ meo
noie tradidisti **C**um ergo paulus
et barnabas diu in anthiochia p̄
dicassent. angelus dñi paulo appa
ruit dicens **I**festina venire iherusa
lem. qz quidam s̄res aduentū tuū
prestolant̄ ibidem **C**um ergo bar
nabas cyprū vellet pergere et pa
rentes suos inuisere **P**aulus autē
iherusalē p̄perare vellet. sancto sic
instigante spiritu ab inuicem disces
serunt **V**eruz cū paulus barnabe
q̄d sibi dixerat angelus de eo indi
casset **R**espondit barnabas **I**st
voluntas dñi **N**unc autē cyprum
vado et ibidem vitam finiēns. **T**e
amplius non videbo **E**t cuz flens
se eius pedib⁹ humiliter volutaz
opatiens ei paul⁹ dixit **N**oli flere
qz sic dñi est volūtas **N**ā qz dñs
hac nocte apparuit dicens **N**e phi
beas barnabā ire cypz qz multos
ibidem illuminabit qz martiriū con
sumabit **P**ergens igit̄ barnabas
cypz cum **J**ohanne. euangelium
sancti mathei secum detulit et sup
infirmos ponens multos dei d̄tu
te sanauit **C**um autē de cypro ex
issent inuenerunt **E**limaz magum
quez paulus lumine oculorum ad
tempus priuauerat **Q**ui eis resti
tit et paulū intrare prohibuit **D**ie
igit̄ quadā vidit barnabas homi
nes et mulieres nudas currentes
qz sua festa agenres. vnde indigna
tus templo malc dixit. subito pars
ei⁹ coruens multos oppressit **T**ā
r i

dem salaminā deuenit et ibi cōtra
eū p̄dictus magus seditionez non
modicā excitauit Cōprehēdētes
igī iudei barnabā multis affectū
iniurijs trahebāt ⁊ iudici ciuitatis
puniendū tradere festinabāt Cō/
perto autē q̄ Eusebius vir magn⁹
et potens de genere Neronis illuc
aduēisset timuerūt iudei. ne ipsuz
de manib⁹ eoz eriperet. ⁊ sic libez
abire pmitteret Ligātes igī funē
in collo eius extra portā eū traxe
rūt et ibidē eū p̄tin⁹ obusserūt De
niq̄ nec sic iudei impij faciati ossa
eius in quodā vase plūbeo recluse
runt in mare eadē p̄cipitare volen
tes Johānes autē discipulus eius
cū duob⁹ alijs de nocte cōsurgētes
ea rapuit et in quadā cripta occul
te sepeliuit Que ibidē vt ait Sige
bert⁹ vsq̄ ad tpa zenonis impera
toris et gelasij pape .i. vsq̄ ad an
nū dñi q̄nq̄agesimū latuerūt. sed
tūc ip̄o reuelante reperta fuerunt
Beat⁹ autē dorotheus sic ait Bar
nabas in roma p̄mo xpm̄ predica
uit episcop⁹ mediolanēsium fact⁹.

De nomine.

Vitus dicitur a vita. Distinguit
autē Aug⁹. in libro de tri. tri
plex gen⁹ vite. i. actiuū. quod p̄ti
net ad vitā actiuā. Ociōsū q̄d p̄ti
et ad ociū Spūale vite cōtemplatiue
et est tertiū ex vtroq̄ cōpositū Et
istud triplex gen⁹ vite fuit in eo. vel
dicitur vitus. qz est virt⁹ id est virtuo
sus Modestus quasi stās in modo
hoc est in medio virtutis. Quālibet
enī virtutē. tanq̄ mediū. cū cūstant
duo vicia tanq̄ extrema. Nā extre
ma prudēcie sūt dolositas et fatui

tas Extrema tēperācie. Desiderio.
rum carnaliū adimpletio et omni
moda sui afflictio Extrema fortitu
dinis. pusillanimitas et temeritas
Extrea iustitie crudelitas ⁊ rmissio

De sancto Vito

Vitus puer egregius et fi
delis annoz. xij. in Sicilia
martiriū passus est. Hic a
patre crebro verbēbatur. eo q̄ ido
la cōtemnebat nec ip̄a adorare vo
lebat Quod audiens valerianus
p̄fectus puez accersiuit. et sacrifi
caē nolentē fustibus cedi iussit. bra
chia autē vberantiū et man⁹ p̄fecti
p̄tin⁹ aruerūt Clamauitq̄ p̄fect⁹.
De m. qz manū amisi Cui vit⁹ Ac
cedāt ad te dñi tui et te sanēt si p̄nt
Cui ille Nunq̄d et tu vales facere
hoc? Cui vit⁹ In noie dñi mei va
leo Statimq̄ p̄ eo orauit ⁊ sanita
tē sibi obtinuit. dixitq̄ p̄fect⁹ patri
Corripe puez tuū. ne male pereat
Tūc eū in domū ducēs diuersi mu
sicoz generib⁹ et puellaz lusib⁹. ali
arūq̄ deliciarū generib⁹ imutare
animū pueri satagebat Cū autē eū i
talamū iclusisset mirabilis odoris
fragrātia inde exiit q̄ p̄fēz et totā
familiā mirabili odoe pfudit Aspi
ciēs q̄ p̄ hostiū vidit. vñ. āgelos
circa infātez stātes. Dixitq̄. Dñi ve
nerūt in domū. statiq̄ cecit⁹ ē Ad
cui⁹ clamorē tota citas lucana cō/
mota ē. ita vt valerian⁹ occurreret
et q̄d sibi accidissz infrogaret Cui
ille. Deos vidi igneos et vultū eo
rū ferre nō potui Ad tēplū igī io
uis ducit et p̄ recuperatiōe luis tau
rū cū cornib⁹ aureis pollicet Sed
cū nihil pficeret. filiū p̄ sua sanati